

1° Quaeritur: An ad significandum Deum O. M. repellendae vel retinendae voces Sinicae Tien, i. e. coelum, et Xamti, i. e. supremus imperator.

Putant repellendas, quia non significant Deum, quem christiani colunt: Smedo, *Relazione della gran Monarchia di Cina*, qui tamen non dicit, sacrificari coelo materiali et visibili, sed tantum coelo; Maffaeus, *Hist. Indic.* p. 100; Ioa. Gruberus in libr. Ital. *Notizia della Cina* p. 88. *Memoriale* P. Procuratoris Generalis S. J. § 1: il primo, sed expedit legere etiam seqq. §§; Lud. le Comte in libr. *Nouveaux Mémoires* t. I p. 186; P. a Leonissa in suis resp. ad quaest. s. Congreg^{is} et Emⁱ Casa-mate; Longobardus apud Navarrete t. 1 p. 24^b.

Putant retinendas: P. Matthaeus Riccius cum fere omnibus PP. S. J. ab annis amplius centum in Sinis missionariis; D. episcopus Ascalonensis, qui maiorem partem missionariorum ita sentire scribit, M. 1 p. 75 KKK, D. ep. Pekinensis, D. ep. Nankiensis, D. ep. Macaensis, D. ep. Andrevillensis, D. ep. Rosaliensis, qui se vocat Tien Hiao Su, h. e. coeli doctrinae doctorem in libello supplici, quem obtulit proregi Chekiam a. 1598 M. 1 5 p. 52; D. a Leonissa, nunc ep. Berytensis, qui in lapide sepulchrali D. episcopi Basiliani saepius utitur voce Tien ad significandum Deum, F. Bonaventura de Roma Franciscanus, Augustiniani PP. missionarii, qui negant, posse opinionem hanc in dubium verti, Fr. Joannes Fernandez, Franciscanus, F. Basilius de Glemona, vicarius Ap., in dictionario, quod in lucem edidit, Tien explicat sic: Tien, Coeli moderator, Deus. Lieu Paulus senex, literatus insignis, qui addit: Tien chu (quo nomine pars contraria Deum vult exprimi) esse modum loquendi humiliorem. F. Augustinus a s. Pasch., Ord. Min., Fr. Antonius a s. Maria, primus missionarius ex ord. s. Franc., Fr. Petrus Pinuela ex eodem. Confucius Sinarum philosophus, cuius est haec vox et sententia memorabilis: Qui peccat in coelum, non habet, quem deprecetur, ut poenam effugiat; certe non intellexit coelum materiale et visibile, sed locutus est modo quo s. codices multis in locis: Sicut fuerit voluntas in coelo (1 Mach. 3), peccavi in coelum (Lc. 15); Fr. Joannes de Paz Ord. Praed., Fr. Dominicus a s. Petro sive Sarpetrius ex eodem. Missionarii ex eodem in Fokien. F. Ioannes Bapt. de Morales ex eodem. PP. Brancatus, Faber, Intorcetta, Grelon, Gabiani, Buglius, Sebast. de Amayn, Emmanuel Laurifex, Ant. Thomas, Ioachim Bouvet e S. J., Li Cinensis literatus per 30 annos occupatus in palatio imperatoris in componendis libris, et a quo libri P^{is} Riccii versi sunt e Sinensi idiomate in Tartaricum. Sin Quam Ki, doctor Sinensis et primus imperatoris minister: Sine discrimine, inquit ille, Li Pie vam Xamti est vivorum et mortuorum dominus. Doctor Fum ym Kim; D. Yam Tin Yam; D. Chin y; D. Li Chi Chao, qui ait: religio christiana unice spectat servire Deo, id autem est, quod nostri doctores vocant: nosse Tien et servire Xam ti; Licentiatius Chu cum yven; Lic. Cham Kem, qui ex classicis probat, Deum non vocari aperte Tien Chu, coeli Dominum, sed tantum Tien, syncopa vid. Sinis usitata, qui dum loquuntur de imperatore, abstinere ab eius nomine, dicuntque: aula, thronus, palatium etc. De nomine Xam ti addit, illud voce tantum differre a Tien Chu, utrumque enim idem significat (seguono poi altri sette nomi cinesi).